Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



240
244

ade beatitudini & felicitati. & ideo illi peccare suasit & sic primu
diam diaboli mors in orbem terrarum introiuit; & detractiones.
Detractio & blasphemia. e. & suspiciosa reprehensio & malorum operum
existimatio. & omnis omnino uenenata & absens de fratre locutio;
Malitiam hoc in loco intelligitur gentium pagnanorum dolus gentium
iudeorum. simulationes hereticorum inuidia principum iudeorum. detrac
tiones scribarum & pharisaeorum; sicut modo gentiles infantes. Adeo ce
plum scilicet illius parvuli de quo dicitur. Nisi quis fuerit ut par
vulus hic non intrauit in regnum celorum. & de quibus ait. sinite parvu
los uenire ad me. talium enim est regnum celorum. hanc enim sam puram & in
nocentem infantia p baptismi gratiam casta mater gignit ecclia. rationa
biles sine dolo. Id est. sensu rationabiles ut uiri & sine dolo fallacie
estote ut par uuli. Lac concupiscite. Hoc est. larga ubera plenae
sapientiae sugite. & euangeliorum & apostolorum doctrinam concupiscentes im
plete. ut in eo crescatis in salutem. Id est. noui hac ubertate testamenti
uerbum sincerum sumite ut ad eum panem quide celo descendit puenire
ualeatis crescentes in salutem. quem dulcis est dominus. Gustus iste in prima
adoris palatum. sed ad animae suauissimum sensum dulcis enim est. et quibona
ipsius spiritalia inbibere. & deuotis sensibus de ipsius numere gustauere;
adque accedentes lapidem uiuum. Hic lapis xpus intelligitur. de
quo daniel ait. uidi lapidem abscisum de monte sine manibus; quo omnem
terram impleuit. & psalmus. lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic fac
tus est in capite anguli. quia dicitur. quia tertia die resurrexit uiuus
amortuus qui iam non moritur. & mors illi ultra non dominabitur.
ad quem omnis qui recte credit & iuste uiuit accedit. ab hominibus
quidem reprobatum. Iudeis scilicet qui clamauerunt pilato. tolle tolle
crucifige talem nos non habemus regem nisi cesarem; ad hoc autem electum
sicut dicit pater deo prisciano ait. ecce seruus meus electus meus & in euangelio. hic est
filius meus dilectus. & honorificatum. Honorificatus est dominus noster ihesus xpus gloria
resurrectionis & in celum ascensionis in dextera patris sessione & om
nium potestatis acceptione sic ille ait. Data est mihi omnis potestas
in celo & in terra. & quia datum est illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine
eius omne genu flectatur celestium terrestrium & infernorum & omnis lin
gua confitetur quia dominus ihesus xpus in gloria est. dei patris. & ipse tamquam lapides uiui
Ut potest in xpo lapide uiuo resuscitati. & uiuificati. potens est enim dicit
in euangelio de lapidibus; istis suscitare filios abrahae super aedificabimus.
Id est super fundamentum apostolorum & prophetarum quod est. xpus ihesus. de quo ait.
apostolus. quasi sapiens architectus fundamentum posui. & item funda